Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8408
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

. L .

memoria voluntas et intelligencia. Memoria enim
intelligenciam parit Et memoria simul et intel
ligencia voluntatem producit. quod hic est apertus
Item hoc ipsum per omnia patet In anglis in quibus est y-
mago divina quantum in creaturis potest esse expressa. Ipsa
etiam natura angelica triplici est Iherarchia distincta
Et in triplici insuper ordine distinguitur quelibet ierarch-
ia ubi sunt qui dogam catholicam dominum deum
predicat unum et trinum cum videat hunc numerum [illegible]
in omni creatura cum summe unitate plantatum. Nam
ob hanc causam philosophus in primo de celo qui de hoc numero loquitur
ait se adhibuisse hunc numero honorare deum creatorem omnium
Quia sicut dicit alter philosophus Monas monadem ge-
nuit spiritum quia ardorem in se reflexit Bene igitur
in Symbolo et venerabiliter dictum est. Credo in deum
omnipotentem creatorem celi et terre etc. Hec omnia sunt
perfectius in libro de penitentia quia huic libellum non po-
tui perficere plene tam cito hic mihi fuit sublatus. propter
quod solum ultimus libellum perfeci ubi de viciis et virtu-
tibus agitur in speciali. : Quare christus de
spiritu sancto dicitur esse conceptus :

. C . XII .

Quatuor sunt maxime rationes quibus christus de spiritu
sancto dicitur esse conceptus. Prima est ut nihil per
carnem sapiat in incarnatione dominica homo ac
cipiat unde quamvis pater et filius et spiritus sanctus ipsam in
carnationem simul operati sint eo quod indivisa sint opera
caritatis. de spiritu sancto christus tamen dicitur esse conceptus Ut
procul abiciatur omnis intellectus immundus et habeat
purus mundus et sanctus. Spiritus enim et caro dum
sibi invicem adversantur ex opposito dividunt
Cum de spiritu sancto christus concipi dicitur omnis carnalis
intellectus ab opere excluditur. Secunda vero talis est
quia spiritus sanctus donum esse dicitur In quo nobis omnia
dona donantur Quare christi dei filius nobis ex dono maximo
prius in incarnatione sit datus Ideo de spiritu sancto dicitur esse con-
ceptus. Tercia vero est ista quia spiritus sanctus amor in divinis dicitur